



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

cxxxvii. Qua ex causa frangatur aut luxetur accipiter, & quomodo
curandus sit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

*Qua ex causa frangatur aut luxetur accipiter,
& quomodo curandus sit.*

IN aucupio cum fortioribus animantibus, ut grue, anser, lepore, pugnās interdum illorum unguibus cæditur & frangitur, interdum alis percutitur: aliquando ad periticam alliditur. accidunt præterea aliæ per multā causæ offensionis, quas propter multitudinem prætereo. Si tibia fracta sit, calamus poliatur, eoque circumligetur pes accipitris, ut fieri solet hominum, qui tale quippiam patiuntur. locum affectum glabrum facito, maxime si aut axillas, aut femur fregerit. Quod si os axillæ excidit in exteriorem partem, insanabile est. Deinde sumatur vlmī radix: ex multo vino coquatur, vsque dum succosa & pinguis effecta sit, ea sæpe die locus affectus foueatur, & quidem assidue, donec ad sanitatem perducatur. Alij herbam synchlon appellatam ex aqua coquunt, eiusque decocto locum affectum per septē dies fouent & sanant: sed per plures dies facere idem ne graueris, donec curaueris.

Ceratum ad fractum pedem.

VITRVM Alexandrinum: myrrha proba, pix, thus, minutissime terantur, ouiq.